

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Desiderii Erasmi Roterodami Paraphrases In Novvm
Testamentvm**

Praemissa Est Io. Aug. Noesselt Historia Paraphraseon Erasmi Rot. In
Novum Testamentum

Erasmus, Desiderius

Berolini, MDCCLXXX

VD18 90514300

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-14035

IN
EPISTOLAM PAULI
AD
ROMANOS
PARAPHRASIS
PER
DES. ERASMUM ROTERODAMUM.



IN
EPISTOLAM PAULI
AD
ROMANOS
PARAPHRASIS
PER
DIE ERASMUM ROTTERDAMIUM



REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI
AC DOMINO
DOMINICO CARDINALI GRIMANO VENETO,
TITULO SANCTI MARCI,
ERASMUS ROTERODAMUS

S. D.

Quibus novum videri solet, reverendissime pater, cur Paulus apostolus *πολυγλωττότατος* Romanis Graece, quam Romane scribere maluerit, mirari desinent, si perpenderit primum, illis temporibus graeci sermonis usum pene tam late patuisse, quam late romanum patebat imperium, deinde Romanis ipsis adeo quondam in delitiis fuisse graecanicas literas, ut ea res satyrarum convitiis sit exagitata. Siquidem apud Lucilium, Scaevola ridens Albutium, ut plus aequo *φιλέλληνα; καίρε*, inquit, praetor Athenis, et apud Juvenalem stomachatur quispiam, negans se ferre posse graecam urbem. Quamquam ita graece loquutus est apostolus, ut a mere Graecis non satis queat intelligi, ob passim admixtam hebraei sermonis proprietatem. Quodsi maxime graeca, ac pure graeca fuisset oratio, multum tamen adhuc difficultatis superesset lectori, quod quum scriberet rudibus adhuc, et nuper Christo initiatis, mysteria quaedam magis attigit, quam tractavit, et indi-